

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.C. ac  
Pandectarum Professor Publ. ... Ad Exequias Quas Viro ... Dn. Conrado Rahnen/  
I.U. Cand. ... Mater eius, Fratresatq[ue] Sorores moestissimae Hodie ... paratas  
cupiunt, Omnes omnium ordinum cives Academicos amanter invitat**

[Rostock]: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776782207>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.  
in  
C. R a h n e.

Rostock, 1676.

15.








64.

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HEINRICUS RU-  
DOLPHUS *Redeker* /

J. C. ac Pandectarum Professor Publ.  
Consistorii item Ducalis Assessor,



AD EXEQUIAS

Quas

VIRO CLARISSIMO

DN. CONRADO

*Rahnen* /

J. U. Cand. Præstantissimo,

MATER ejus, FRATRES atq; SORORES  
mœstissimæ

*Hodiè, horâ primâ, in templo Mariano,  
paratas cupiunt,*

Omnes omnium ordinum cives Acade-  
micos amanter invitat.

Typis Heredũ JOANNIS KILII, Acad. Typogr. 1676

40

RECTOR

UNIVERSITÄT ROSTOCK

HEINRICHUS

DOLPHUS

AD EXERCITIA

AD EXERCITIA



DR. CONRADO

AD EXERCITIA

J. H. C. and F. H. C.

MA TER...

conditionis

in...

...

...

...

...



S A L U T E M !



**DISCE MORI!** id nos docere debent assidua mortis rapina, & quotidiana robustorum pariter & inbecillium civium funera. Breves dies hominis sunt, & non tantum non præteriri, sed nec sciri possunt, quam sint vicini. Omnis dies, omnis hora, quam nihil simus, ostendit, adeoque lucrari vitam videtur, qui id quotidie meditatur: **DISCE MORI!** Nec enim morituros nos cogitandum duntaxat est, sed nos quovis die & quavis horâ mori. Itaque non tantum sæpè, sed assidue mortales nos esse & ad tribunal summi judicis vocandos, reputare cum animis nostris debemus. Res humanas, quæ sunt, quæ fuerunt, & quæ futuræ sperantur, ita comparatas videmus, ut, ortum quicquid habet, etiam finem spectet. ipsi adeo homines, ipsum quem agunt diem, cum morte dividunt, & cum se vivere putant, jussu ejus, qui vitæ & mortis arbitrium habet, ocyùs, serius ex hac vitâ decedunt. Illam enim quam ducimus vitam, impetuosum & variis subitaneisque naufragiis expositum mare rectè vocamus, ubi sæpissimè ipsum stadium, antequam quis in altum deferatur, anceps & periculosum est. Constituit Deus vitæ & mortis terminos cuicumque homi;



ni, quos præcavere nullus potest. Si quis omnium Medicorum, ceterum experientissimorum, curam & operam adhibuerit, nequaquam tamen se adversus mortis insidias potest defensare: immunis autem à morte est, qui mortem assidue cogitat, & moriendum semper discit. Nemo inprovise moritur, qui se mortalem esse subinde cognoscit. Sic ordiendus itaque dies omnis, sic etiam claudendus, quasi quis perpetuâ voce auri insusurret: *Hâc die, hâc nocte, hâc horâ, hoc momento, animam à te tuam repetet, qui eam corpori tuo dedit.* Exemplo nobis esse potest **JUVENIS CLARISSIMUS DN. CONRADUS Rahne/ J. U. CAND. EXIMIUS**, qui longioris vitæ spem nobis omnibus quidem fecit, sed vitam hominis umbram esse immaturâ & inopinatâ sua morte nos docuit. Meretur autem, ob morum integritatem, & doctrinæ elegantiam, is, qui propter artis peritiam, summi in jure honoris, sed verius, quia homo, mortis Candidatus fuit, programma funebre & honesta funeralia.

*Ut autem, de Præclari hujus viri vitâ & morte, quæ inopinata valdè est, penitus constet, placet illa hucreferre quæ nobis, in hunc finem, bonâ fide sunt exhibitæ:*  
**CONRADUS RAHNE U. J. Candidatus**, natus est Rostochii 28. die Martii anno 1642. parentibus majoribusque, non genere minus quàm virtute, undique conspicuis. Patrem habuit *Virum Amplissimum, Consultissimum atque Excellentissimum DN. HENRI-*  
*A 2 CUM*

CUM RAHNEN U. J. D. & Antecessorem hujus  
Academiae Celeberrimum, jurisq; Facultatis Senioremem Ve-  
nerandum, Ducalis iidem Consistorii Assessorem gra-  
vissimum; Matrem verò ELISABETHAM Von  
der Lippen / Matronam genere pariter ac virtute insignem,  
Avus ipsi à patre fuit Vir aequè Nobilissimus, Consul-  
tissimus & Excellentissimus, Dominus HENRICUS  
RAHNE, U. J. D. Ducatus primum Brunsvicensis  
Practicus dexterrimus, necnon Syndicus Civitatis Helm-  
stadiensis prudentissimus, postmodum verò Ducis Lune-  
burgicae, Viduae Wincensis, Consiliarius gravissimus: A-  
via CATHARINA Reichen / honestissima Matro-  
na, ex perantiqua & Nobili Rikiorum Ducatus Brunsvi-  
censis familiâ oriunda. Avus maternus ipsi contigerat  
Vir Nobilissimus & Magnificus DN. CHRISTO-  
PHORUS Von der Lippen / U. J. D. & Consiliarius  
primum Mecklenburgicus, postea verò Serenissimi ac Po-  
tentissimi Daniae ac Norvegiae Regis CHRISTIANI IV.  
gloriosissimae recordationis Consiliarius & Cancellarius  
longe mereritissimus; Avia verò Matrona laudatissima,  
CATHARINA Heermans. Proavum Proaviamq; à  
patre, laudat Virum Spectatissimum HENRICUM  
Rahnen / Civem Neobrandenburgensem integerrimum,  
ejusque Conjugem lectissimam AECHEL Baden /  
necnon Virum Amplissimum ac Consultissimum DN.  
BARTHOLDUM Reichen / Philos. Magistrum ac  
Professorem Lipsiensem celeberrimum, mox U. J. D. & Se-  
ren. Ducis Brunsvic. & Luneburg. DNI. GEORGII  
Consi-

Consiliarium, bis ad S. R. Maj. Polonia. Legatum, ac  
tandem Collegii S. Blasii, quod Brunsvigæ est, Decanum  
gravissimum, huiusque Conjugem, CATHARINAM  
Königen / clarissimam sua etate matronam A matre  
verò Proavum Proaviâque nominat HENRICUM Von  
der Tuppen / Civem Rostochiensem famigeratissimum, Vi-  
ri Nobilissimi atque Amplissimi DNI. BERNHARDI  
Von der Tuppen / Cancellarii Illustrum Comitum Lip-  
piensium meritissimi filium, ejusque fidei sociam thori so-  
ciam ELISABETHAM Gerdes / THOMÆ Ger-  
des / Consulis quondam apud nos dignissimi filiam. De-  
nique Virum Integerrimum JOHANNEM Heerman /  
Civem Rostochiensem, DN. NICOLAI Heermans /  
Senatoris hujus urbis Amplissimi filiam, & virtuosissi-  
mam fœminam WIBKE Gretmans. Præclara hæc  
majorum decora sicuti in partem humanæ felicitatis Nostro  
numerabantur, ita stimulum quoque ac calcar eidem addi-  
derunt præmendi tam laudatissima istorum vestigiâ; Enim  
verò Parentes optimi, postquam hunc suum filiolum per  
sacrum fontem Christianæ Ecclesiæ inseruissent, omnem in  
id curam impenderunt, quo ad virtutum honestatisque cul-  
tum eum breviori via ducerent, usque ad id operâ ac studio di-  
gnissimorum Præceptorum, & vitæ morumque Rectorum.  
Horum auspiciis cum in studiis non spernendos progressus  
fecisset, Stadam allegatus est, ut ibi ejusdem Scholæ Recto-  
ris ductu scientiam augetet, pariter ac inter peregrinos vi-  
pere ac conversari disceret, id quod etiam per biennium e-  
gregie

gregiè profuiterit. Postèa in Academiâ Juliâ studio Juri-  
dico, cui se devoverat, per triennium fidelem navavit ope-  
peram, inque eo sedulò perstitit, non modò cum inde redire  
apud nos degeret, verùm etiam in Universitate Marpur-  
gensi, ubi triennio studiorum cursum adeò feliciter continua-  
vit, atque absolvit, ut inde ante triennium reversus sum-  
mos in Jure honores ambiret, atque ab Amplissima Facul-  
tate Juridica U. J. Doctorandi titulum cum laude impe-  
trarct. Vitam sic satis felicem egit, præterquam quod ju-  
venis matrem, & antetria ferè lustra Patrem amitteret,  
quam tamen jacturam constanti animo tulit. De cætero  
integer vitæ, scelerisque purus, constantis ac liberalis animi,  
in seriis gravis, in conversatione jucundus, nemini mole-  
stus, ergà Deum pius, ergà homines benignus ac officiosus,  
exhibens dignioribus reverentiam, equalibus amorem, in-  
ferioribus humanitatem, quo ipso omnibus haut dubiam  
spem fecerat, eum à majoribus acceptam gloriam ad poste-  
ros quoque transmissurum; nisi eum longiore vitâ dignissi-  
mum, præcocia fata ex hac miseriarum valle ad cælestem  
gloriam transtulissent. Præterito enim 14. hujus mensis die,  
inter preces & suspiria, non invitus, & ad fidei confirma-  
tionem accepto à Pl. Reverendo Dn. Bernhardo Müllero,  
Ecclesiaste Mariano fidelissimo S. S. corpore ac sanguine  
Redemptoris nostrî, placidè obdormivit, ætatis anno 34.

De morbo, quo hic noster Candidatus, in ipso  
ætatis robore occubuit, nihil attinet in longum com-  
mentari, siquidem nondum in totum grassari desiit,  
quæ

quæ per aliquod temporis spatium finitimas regio-  
nes, juxta & hanc urbem occupavit sæviens contra-  
gio, quam Medici *Febrem malignam puncticularem*  
appellitant. Ejusdemquemali vis pie defuncti cor-  
pus viresque ita afflixit atque debilitavit, ut nullâ me-  
dentium curâ, ut ut maturè satis adhibitâ, nullisque  
consiliis & auxiliis tolli potuerit. Quæ enim magnâ  
cum diligentia sunt præscripta medicamenta, ille  
promptè admisit, ast nullum fuit in humanis vitæ lon-  
gioris præsidium, sed omnem Medicorum prudenti-  
am, virtutemque medicamentorum vis atque vehe-  
mentia morbi elusit, nec fuit in medico releverur  
ut æger, sed qui constitutus à Deo vitæ terminus e-  
rat, illum nequaquam præterire potuit.

Cum autem hodiè, circa horam primam, in  
templo Mariano, exuviæ hujus corporis humo te-  
gendæ sint, de vestro, *Honoratissimi cives Academici*,  
favore & benevolentia non dubitamus, sed nobis  
indubiam potius spem facimus, fore ut ad deductio-  
nem hujus funeris frequentes conveniatis.

Ite ergò exequias, & bene mori  
hujus exemplo discite.

P. P. sub Sigil. Rect. 20. Junij  
Anno 1676.











gregie profuiterit. Postea in Academia  
iuridico, cui se deo uerat, per triennium fia  
per am, inque eo sedulo perfitit, non mo  
apud nos degeret, uerum etiam in Unive  
genfi, ubi triennio studiorum cursum adeo  
a uir, atque absoluit, ut inde ante trienni  
mos in iure honores ambiret, atque ab  
tate iuridica U. J. Doctorandi titulum  
traret. Vitam sic satis felicem egit, pra  
uenis matrem, & ante tria fere lustra E  
quam tamen iacturam constanti animo  
integer uita, scelerisque purus, constantis  
in serijs grauis, in conuersatione iucunda  
stus, erga Deum pius, erga homines beni  
exhibens dignioribus reuerentiam, aequali  
terioribus humanitatem, quo ipso omni  
spem fecerat, eum a maioribus acceptam  
ros quoque transmissurum; nisi eum lon  
gum, praecocia fata ex hac miseriarum  
gloriam transtulissent. Praterito enim  
inter preces & suspiria, non inuitus, &  
tionem accepto a Pl. Reverendo Dn. Bern  
Ecclesiae Mariano fidelissimo S. S. cor  
Redemptoris nostri, placide obdormiuit,

De morbo, quo hic noster Car  
tatis robore occubuit, nihil attinet  
mentari, siquidem nondum in totum

Juri  
it ope  
reduxe  
rpur  
tinu  
s sum  
Facul  
impe  
od ju  
teret,  
catero  
nimi,  
mole  
rio sus,  
n, in  
iam  
poste  
gnifi  
lestem  
sis die,  
firma  
illero,  
quin  
0 34  
in ipso  
com  
desit,  
quae

